in bonis Villæ Jaworu Consistens modo obligatorio in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo assecurata, nec non de eadem ipsa inscriptione obligatoria Castrens. Capitaneal. Premysliens. suo in tenore Lation. quietat, eximit, dimittit, Liberumq et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem praefatam cum omnibus illius Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac rebus generaliter Universis, in toto, et per omnia Cassat, mortificat, et annihilat praesentibus, atq de bonis condescendit Recognoscens dictae Summae supra scriptae Viginti quinq florens. polons. plenariam et sufficientem praestitam esse Satisfactionem. Atq sua praesenti personali Recognitione id praemissa omnia mediante.

Jaworski alteri Cedit

353 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrens. Capitaneal. Premysliens. Nobilis Domko Jaworski Schaatowicz. Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrens. Capitaneal. Premysliens. Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, Se cum Successoribus, bonisq Suis quatroribus, totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo quam, libere, publice, ac per expressum Recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo Infrascripto Videlicet de Inscriptionibus binis prima quidem obligatoria altera vero adscriptitia primum et originaliter per Nobilem Wasko Jaworski Baionicz Nobilibq Petro et Paulo Jaworskim Balonicom fratribus germanis. Super bona Certa eisdem Hereditaria Videlicet Super medietatem

quartae partis agri Vulgo napulwierciczne Lanu, in bonis Villa Jawora Terrae et Districtu praedictis Praemysliensis iacentis et consistentis primitus Super Summam Septuaginta florenorum polonicorum modo obligatorio Coram Actis Terrestribus Praemysliensibus ac deinde Super Summam Quadraginta florenorum polonicorum modo adscriptitio Coram Officio et Actis praedictis factis et recognitis: Sibi vero Recognoscenti per memoratum Nobilem Petrum Jaworski Balowicz Actis Officij praedictis quantum pro sorte et interesse erga fratrem eiusdem germanum ipsum legitime Concernebat Condescensis, nec non de medietate Summarum earundem Suprascriptarum Coniunctim Summam Centum et decem florenorum polonicalium efficien pro sorte et interesse Sui erga praedictum fratrem ipsius germanum seniorem bonorum titulo Suprascriptorum medietate in eisdem Summis Suprascriptis innodatorum et inscriptionibus originalibus expressorum cum omni praemissorum Iure dominio proprietate Competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et Singulis inscriptionum praedictarum Iurisque praedictis Condicionibus, punctis, Clausulis articulis Vadijs ligamentis, ac nexibus in Universam omnibus Summis quoque Suprascriptis quinquaginta quinque florenorum polonicorum et Bonorum Summae eidem Correspondentium Vtilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, emolumentis, Comodis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs quarumlibet Vniversis. nihil ex praemissis Iuris, dominij, proprietatis, ac cuiusuis Competentiae, et praerogativae, pro se Recognoscente, Suisque Successoribus aut quopiam alio reservando Seu excipiendo; Verum prout praemissa omnia et Singula praesentibus recognita ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque Concernebant, ac eidem legitime Serviebant; iam ex nunc et defacto Nobili Jacko Jaworski Balowicz filio Suo, eiusque posteris (acceptanti ab ipso pro

praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) Cessit et Condescendit prout cedit et Condescendit praesentibus, omneque et integrum Jus Suum totum, sibi ad praemissa serviens, in personam eiusque Illis Jaczkonis Jaworski Ochnatowicz Filij et Cessionarij sui, eiusque Successorum, totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus. in quod quidem Jus praesens cessum, summam, ac bona, summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem transfusa, Is idem Recognoscens Illis Demko Jaworski Ochnatowicz, praefato Illi Jaczkoni Jaworski Ochnatowicz, filio, et Cessionario suo eiusque posteris iam ex nunc et defacto, coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem, personalem quemcunque competentem et alios quos die quacunque voluerit, officiose accipiens per ipsum Cessionarium suum, et ipsos posteros hoc idem Jus praesens Cessum, summam ac bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesenti transfusa, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, Competentiisque et Praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Utifruendi, ac ad suos, suorumque successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendo, praefati Juris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi transfusi Vigore. Debetque et tenebitur praefatus Recognoscens Illis Demko Jaworski Ochnatowicz, prout se ac suos successores et super bonis suis quatenus omnibus, ac summis quibusvis pecuniis habitis et habendis praefato Illi Jaczko

Rli Jacko Jaworski Ichratowicz Filio et Cessionario suo inscri
bit et obligat praenominatum, ipsum et eius Successores indicto Iure cesso,
Summa ac bonis Summa eadem oneratis, praemissisque omnibus praesentis trans-
fusis et ratione eorundem omnium praesentium decessorum ab omni et
quacumque impetitione iuridica, quarumcunque personarum cuius
cunque conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex re
persona et occasione sui Recognoscentis, ac suorum Successo
rum Iurisque praesentis Cessi tantummodo et non ultra exorientium
in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties, quoties
opus fuerit tueri, defendere, euincere, intercedere,
et eliberare, indemnemque eum posteris reddere, necnon
hoc idem Ius praesens Cessum, Summam ac bona Summa eadem
onerata, praemissaque omnia praesentis transfusa ab omnibus ita
genere Iuribus et inscriptionibus prioribus et posterio-
ribus super eadem praemissa omnia praesentium condescensa cui
uis personarum modo quocunque itidem ex re persona et
occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum tantum-
modo et non ultra factis et faciendis, tum etiam aquibusuis
Citationibus super eadem praemissa omnia praesens Cessa impor-
tatis et importandis, lucris denique et perlucris, decretis,
Iuris quibusuis, in quocunque puncto et gradu Iuris depen-
dentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis
et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesens transfu-
sis itidem ex re, persona et occasione sui Recognoscentis suo
rumque Successorum tantummodo et non ultra perductis et
perducendis emundare, et eliberare, mundaque et libera
semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam, coram Officio
praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum, Summa eadem

praedicti abscessa oneratorum, dum praedictum M[agnifi]catem et Illes duos officio
se requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem
libere dare et effectuatis admittere, dataque et admissa eadem
possessionem et usumfructum praemissorum omnium praedicti transfusionis
quonis modo tam per se, quam per suos quasuis submissas
et subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque
cessionarium suum et ipsius successores, in praemissis omnibus praedicti
condescensus nullomodo iniuriari ita ut isique cessionarius
suus, cum suis posteris, hoc idem ius praedictis cessum summas
ac bona summis eisque onerata, praemissaque omnia praedicti cessa
cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque
et praerogativa quavis quiete et pacifice praesentis
inscriptionis cessionariae vigore tenere habere et posside-
re queat illisque utifrui possit idque sub vadio summae similis
Quinquaginta quinque florenorum polonicorum per eundem Recognoscentem sive eius posteros, supradicto cessionario suo
eiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua
principali, ex praemissis non completa, complenda, citatus
existens M[agnifi]catus Recognoscens Illis Demko Iaworski Ieleniatowicz sive eius successores ad instantiam praefati Illis
Iacko Iaworski Ieleniatowicz Filii et cessionarij sui,
vel eorum posterorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensem, ex tunc succedensi supradicto, quoad
respondendum spectat mediante, semper in primo actionis
termino, tanquam peremptorio, stare, iuridice,
respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic ea

2221

ti facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebit, seq ac suos Successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, Vera infirmitate, pro Maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, Vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Ultra praefatos Officij praefati Castren. Capitaneal. Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciens, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis, Evasion, suspension, fatalijs Iuris, Persone Terrestri, bello, Convocatione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiens, nec modo alio quovis evadens. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Iaworski alteri Resignat.

354

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliensis Ntus Demko Iaworski Ihnatowicz Sanus mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq Suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castren. Capitaneal. Premysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, bonisq suis quibusvis totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria, infrascripta Videlicet in sorte sua haereditaria dicta

... et haereditaria